

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

Capvt V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

Referunt in Con-
cilio Chalced.

sernum in synodo Beryensi; ubi synodi Antiochenae & Tyria, in ejus Episcopi causa habita, αιρτολιχη dicuntur, & διλυκη: quam ille in διθηλη immutat, ut Antiochena eo vocabulo significetur. Sanè alia mens est Libelli, ubi Antiochena Synodus αιρτολιχη dicitur, sive Orientalis, quia urbs Antiochia est metropolis Orientis. Tyria autem dicitur διλυκη, seu Occidentalis, ratione habitat situs quem Tyrus obtinet in Diœcesi Orientis. Phœnicia enim, ubi sita est Colonia Tyri, porrigitur ad partes occidentales Diœceseos Orientalis.

Hoc discrimen fortasse respiciebat Concilij Arelatenensis Sacerdotes, cum epistola sua ad Silvestrum testantur eum *Majores Diœceses* tenere; quia scilicet septem vel octo Occidentis diœceses obtinebat, nempe in Italia duas, Illyricum solidum, quod ex una Diœcesi in duas postea est discriptum, Galias, Britannias, Hispanias, & Africam.

II. Sanè ne effusam illam Romani Pontificis administrationem commentum fuisse videar, laudabo testes omni exceptione majores; hinc Basilium ab Oriente, qui conceptis verbis Episcopum Romanum, *Oc-*
Basilios ep. ad.
m. ad. xix. cap. 1.
cidentium Coryphum esse scribit, id est, illius Ecclesiæ principem; hinc vero, Augustinum ab Africa. Hic cum adversus Iulianum Pelagianum testimonia Cypriani ex Africa, Irenai, Rheticij, Olympij, Hilarij è Galliis, & Ambrolij ex Italia protulisset, ista verba subiungit: *An ideo contemnen-*
Aug. l. 1. cap.
iul. c. 1.
dos putas, quia Occidentalis Ecclesie sunt omnes, nec ullus in eis est commemoratus à nobis Orientis Episcopus? Quid ergo faciemus, cùm illi Greci sint, nos Latini? Puto tibi eam partem orbis sufficere debere in qua primum Apostolorum suorum voluit Dominus glorioissimo martyrio coronare, cui Ecclesie praesidem beatum Innocentium si audire voluisses, jam tunc periculosa juventutem tuam Pelagianis laqueis exiisse. Ecclesia cui praesidebat Innocentius, nulla est alia quam Occidentalis, cuius solius hoc in loco mentionem facit Augustinus. ut frustra sint Novatores, qui ad Romanam hæc verba referunt, cuius ne meminit quidem. Certum quidem est ab Augustino Occidentalem Ecclesiam ex eo capite illucriorem reddi quod Occidens ea sit orbis pars in qua Princeps Apostolorum martyrio confectus sit, ac proinde compositus cum Oriente primas partes dignitatis ferre debeat; unde sequatur, maximi ponderis esse debere adversus Pelagianos Innocentij sententiam, qui Occidentalis Ecclesiae praesideret. Basilio & Augustino addamus Hieronymum, qui epistola ad Marcum, *Hereticum me*, inquit, *cum Occidente, hereticum me cum Aegypto, hoc est, cum Damaso Petroque condemnant.* Quid apertius? Ut Aegyptum, tanquam specialem Alexandrinæ Patriarchæ Diœcesim, Petro Alexandria Episcopo tribuit Hieronymus, ita & Damaso Episcopo Roma solidum Occidentem. In eam sententiam idem auctor, cùm cœlibatum sacerdotum adversus hereticos affireret, totiusque Ecclesiæ consuetudinem, ad comprimentam novitatem testimonij pondere, advocaret, trium Patriarchatum limites describit. *Quid facient, inquit, Orientis Ecclesia, quid Aegypti,*

C A P V T V.

Synopsis.

I. Singula Orientis Diœceses suis Patriarchis & Exarchis commissa: Solidi Occidentis Diœceses octo, Romano Episcopo. Eo sensu explicatae Majores Diœceses in Concilio Arelatensti primo.

II. Romanus Pontifex caput Occidentis, è Basilio, & Augustino, cuius locus explicatur. ex Hieronymo, Cyrillo Alexandrino, Concilio Ephesino.

III. Innocentius refert originem hujus institutionis, Illyricum sibi aquæ ac ceteras Diœceses vindicat.

IV. Romanus Pontifex Patriarcha dictus, etiam Occidentis, à Justiniano; cuius locus explicatur.

V. Romani Episcopi Patriarche nomen non sumperferunt, ex Gregorio; quamvis jure Patriarchico ute-
rentur, & ab aliis dicentur Patriarche. Quinarius numerus Patriarcharum in Synodis sexta & octava.

I. **C**ONSTITUTA Ecclesiarum in Orientales & Occidentales divisione, necesse est ut statim cordato lectori veniat in mentem, aliquo disciplina ordine earum administrationem constitisse. Quod si curiosius rimetur, statim inveniet, eodem modo quo quinque illæ Orientis Diœceses ita suis Primitibus erant commissæ ut Aegypto praefasset Alexandrinus Patriarcha, Orienti Antiochenus, Asiana Diœcesi Ephesinus Exarchus, Ponticæ vero, Cæsarea in Cappadocia Episcopus, & Thracicæ Constantinopolitanus, qui tandem, ut dixi, tres istas Diœceses, Asiam, Ponticam, & Thracicam decreto Concilij Chalcedonensis sua sedi afferuit, ita Diœceses Occidentis ea ratione Metropolis suis concretæ fuerunt ut Romano Episcopo tanquam totius Occidentis Patriarchæ subfissent: qui tantum à ceteris Patriarchis administratione distabat, quantum dignitate & auctoritate. Cujusque enim illorum potestas unius Diœceseos finibus coercebatur; integræ autem & solidae totius Occidentis Diœceses Romani Episcopi auctoritate gubernabantur.

& Imperij Lib. I. Cap. V.

19

& sedis apostolica, que aut virgines Clericos accipiunt, aut continentes; aut si uxores habuerunt, mariti esse desistunt. Si calculum ineamus, subductis ex solido orbe Romano Orientis Ecclesiis, id est, Antiochiae, una cum Diecetibus Asiana, Ponticæ, & Thracicæ, subducta deinde Ægypto, sola superfunt Ecclesiæ sedis apostolica, id est, Occidentales, ut antè dicebamus. Ex eo est quod Cyrus Ioannem Antiochenum monet necessum esse ut iij omnes latam à Celestino Pontifice Romano adversus Nestorium sententiam sequantur qui *Totius Occidentis* communionem amplecti volunt. Etenim Occidentis provincias per Legatos ad Synodus Romanam convenerant, cui Celestinus præfuit, ut testatur ipsa Synodus Ephesina, cùm de adventu Arcadij, Proiecti, & Philippi Legatorum à Celestino & Synodo Occidentalium missorum referret ad Imperatores. Quare non dubitaverunt iidem Ephesini Concilij Patres, adversus procaciam Ioannis Antiocheni commoti, ad Principes hæc scribere: *Perabsurdum enim est ducentorum & decem sanctorum Episcoporum synodo, quibus & univera Occidentalium sanctorum Episcoporum multitudine, & per ipsas reliquias totus terrarum orbis consentit, triginta numero se opponere.*

Illyrici metropolis erat) & ad ceteros Episcopos Macedoniae dedit, cum eorum literis a Vitali Archidiacono delatis rescriberet: *Adverti sedi apostolica, ad quam Relatio* Decret. c. 35.
tanquam ad Caput Ecclesiarum missa currebat, Vide Addit. a cap. xvii, lib.
aliquam fieri injuriam, cuius adhuc in ambiguum sententia diceretur. Quin & alio loco
jure Patriarchico usus est Innocentius in retractando Bubalij & Tauriani Episcoporum Illyrici judicio. Ut dubitandi nullus possit superesse locus, quin per Illyrianam, æquæ ac per ceteras Occidentis Diœceses, Pontificis Romani auctoritas Patriarchica explicaretur.

Decret. c. 35.

Vide Addit. ad
cap. xvii. lib. v.

III. Innocentius ipse, quem Occidental Ecclesiae praesidentem laudabat Augustinus, non solum earum Ecclesiarum principatum Romanæ sedi vindicat; sed hujus institutionis originem eò refert, quod Occidentis Ecclesie à Petro, aut ejus in sede Romana successoribus, fuerint constitutæ. Presertim, inquit ille, cum sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, insulæisque interiacentes, nullum instituisse Ecclesiæ, nisi eos quos venerabilis Apostolus Petrus, aut ejus successores, constituerunt sacerdotes. Aut legant si in iis provinciis alius Apostolorum inventetur aut legitur docuisse. Qui si non legunt, quia nusquam inveniunt; oportet eos hoc sequi quod Ecclesia Romana custodit, à qua eos principium accepisse non dubium est; ne dum peregrinis assertoribus stident, caput institutionum videantur omittere. Plani caput institutarum in Occidente Ecclesiarum Romanam Ecclesiam Innocentius vult haberi. Solæ desunt calculo nostro Illyricanæ Dioeceseos Ecclesiae, quarum hoc loco non meminit Innocentius. Certum est tamen eas æquè ac ceteras Occidentis provincias apostolicæ sedis constitutis paruisse, eamque sedem, ut Ecclesiarum Caput, excoluisse. Nolo mihi fidem haberi. Dicat pro se ipse Innocentius in ea epistola quam ad Rufum Episcopum Thessalonicæ (qua

IV. Si quis verò morosus his testimoniiis cedere nolit, nisi apertis verbis ab aliquo Pontificem Romanum Occidentis Patriarcham pronuntiatum fuisse ostendamus, etiam hac in parte morem illi geremus. In Concilio Chalcedonensi Leo disserre Patriarcha veteris & magnæ Romæ dicitur; & in literis Iustini Imperatoris, Hormisdæ Pontifex, Patriarcha quoque appellatur. Præterea Iustinianus anno D X L I. cùm Patriarchs quinque recenseret, primo loco meminit Patriarchæ Hesperiæ, & Romæ, Hæreticis ascribit eos qui non sunt membrum sancte Dei catholice & apostolice Ecclesie, in qua omnes concorditer sanctissimi Episcopi, & totius orbis terrarum Patriarche, scilicet Hesperie, & Romane, & hujus regie civitatibus, & Alexandrie, & Theopoleos, (id est, Antiochia) & Hierosolymorum. & omnes qui sub eis constituti sunt sanctissimi Episcopi, apostolicam predican fidem atque traditionem. Hesperiam in Notis ad hunc locum non sincerè viri docti Italiam reddunt, ac si Patriarcha Italiam tantum censendus esset Episcopus Romanus. Cui ergo cedent ceteræ Occidentis provinciæ? Et qua ratione, si eas à Romano Patriarchatu excipias, omnes totius orbis tractus quinque Patriarchis suberunt; ut Iustinianus hac Novella contendit? Itaque Hesperia Occidentem significat. Qua vocis usus est antiquis Novellarum interpres, ut pote à media ætatis scriptoribus frequentissimè usurpata, ad significandos Occidentis tractus; etsi apud veteres & alios quoque auctores Italiam non raro significet. Quo sensu apud Theodoreum Occidentales Episcopi οἱ τῆς Ἑσπερίας dicuntur, & Εὐτελοι apud Socratem. Fortasse sive prior est lectio Scrimgerianæ editionis, quia Patriarchatum Romanum non dividit in Hesperiæ & Romam: sed uno membre complectitur Ἑσπερίας πόλις, id est, Occidentalis Roma; ut distinguatur à Nova Roma Orientalis Imperij, quæ quidem a Synesio Orientalis Roma dicitur, quemad-

Act. 3. Synod.
Chalced.

Nov. 109. de pil-
vilegiis docis ist-
rit. ex y manys
dysphantos ei a-
yuntur. tali. m-
tus. ex diximur ut tra-
nsit. quod. o te
m. s. d. r. us. p.
pus. q. e. t. l. u. t. h.
t. f. g. r. a. n. i. o. s.
m. l. a. s. Expeditione Springeri.

V. Cl. Dionysius
Gothofr. in Notis
ad N. luff.

Nov. 113. dicitur
Patriarcha ~~apost~~
~~σούτερας~~ εἶναι,
C. de sum. Trin.
Theodoreus l. 5. c.
13. Socrat. l. 2. c.
29.

20

De Concordia Sacerdotij

Synel. orat. de
fisi.

modum *vetus illa*, Occidentalis nomine designatur. Τῆς ἑώρας Ράμφης ή της ἐσπερίας φυλάρχοις μήτηρ πόλεων Συναρπίδα.

V. Tamen h̄c dissimulandum non est, et si jure Patriarchico in Occidente fruerentur Episcopi Romani, sese Patriarcharum nomine jaicare non confuevisse, sed auctoritatem suam sola sedis apostolicae appellatione explicuisse. Quod eruit è laudabili quodam loco petito è S. Gregorij Magni Regesto, scilicet è mandato quo Ioanni Defensori Hispanias adeunti dederat, ut Episcoporum Hispanorum conatum infringeret, qui Stephani Episcopi à provinciali synodo dejecti appellationem alienam à Canonibus & à more Ecclesiarum contendebant. *Contra hęc si dictum fueris,* inquit, *quia nec Metropolitanum habuit, nec Patriarcham, dicendum est quia à sede apostolica, que omnium Ecclesiarum caput est, causa hec audienda ac dirimenda fuerat; sicut & predictus Episcopus (scilicet Stephanus) petiissime dignoscitur, qui Episcopos alieni Conclity judices habuit omnino suspectos.* Ex eo consilio profectum est quod idem Gregorius quatuor Patriarcharum tantum mentionem facit in epistola ad Brunechildem Reginam Francorum, qua eorum ignorantiam percelit qui à Decretis Synodi Chalcedonensis discedebant: *Sed ita illos erroris labes imbibitis, ut ignorantia sue credentes, universam Ecclesiam, atque omnes quatuor Patriarchas, non ratione, sed malitiosa mente tantummodo refugiant.* Nempe quia sedis apostolicae

Gregorius; sed etiam non alienum à se duxit, jure Patriarchico uti per Occidentem provincias. Quem morem fecutus est Innocentius III. qui quatuor Patriarchas numerando, Romanam Ecclesiam intradignitatis illius limites non cogit. Ceterū in Conciliis, Romana inter Patriarchales, sedes recensebatur; ut patet ex synodica epistola Concilij sexti: qua Constantiū Pogonatum Patres rogant, ut Actorum Synodi exemplaria ad quinque Patriarchales sedes mitrantur, ἐκδήλωται τοῖς πέντε πατριαρχοῖς θρόνοις. Inde Theodorus Studita ecclesiasticum corpus πατριάρχαλον vocat. Quinque Patriarchis ad unius capitis formam redactis ut explicit Balsamo: quemadmodum Gregorius B. Petri sedem, *unius in Tribus locis* esse scripsit. Octava etiam

Synodus Quinarium sedium Patriarchalium numerum agnovit; & Nicolaus I. in Responsis ad Bulgaros Romanam Ecclesiam inter Patriarchales recensuit; licet ceteris dignitate & auctoritate praeceellar.

Nicad Confid
Bulg. c. 31.

A D D I T I O N

STEPHANI BALUZZI

AD ERE vero visum est insignem locum ex libro secundo Anselmi Episcopi Lucensis adversus Guibertum : in quo Nicolaum secundum Papam redarguens ob mutata Patrum decreta, auctoritati ejus opponit decreta sanctorum quinque Patriarcharum, in quibus Romanum primo loco ponit. Sed ut tandem, inquit, invincibili gladio ferriamus, prefatam Nicolaum, unus scilicet Patriarcha, cum quolibet Episcoporum Concilio non potuit abrumperet, immo nec mutare, non obvianitia fidei prefata decreta sanctorum quinque Patriarcharum, felicit Romani, Alexandrini, Antiocheni, Hierosolymitan, Constantiopolitan. Sequenti dein etati visum est servandam esse Romano Pontifici suam prærogativam etiam inter loquendum & scribendum, adeoque Romanum Pontificem non esse communerandum cum ceteris quatuor Patriarchis, cum eorum caput supremum esset. Itaque Innocentius III. Romanum Pontificem in scribendo distinguit à Patriarchis. In historia vero Concilij quod apud Lugdunum habuit Innocentius hujus nominis quartus, cum Aquileiensi Patriarchæ datus esset locus post Antiochenum, Constantinopolitanus & Antiochenus, qui aderant, graviter & inique animo id tulere, ac fedem ejus evertentur, dicentes illum non esse de quatuor Patriarchis. Ita enim legitur in historia illa, prout edita est in tomis Conciliorum. Sed in veteri codice manuscripte Bibliotheca Regia, in quo ea- dem historia extat, numerus Patriarcharum non exprimitur, atque tantum auctor alios Patriarchas dixisse Aquileensem sedere non debere juxta eos, cum non esset de Patriarchis, id est, cum non esset Patriarcha. Sanè hanc ultimam lectionem adjuvad quod legitur apud Vdascalcum in Narratione de controversiis inter Hermannum Episcopum Augustanum & Eginonem Abbatem sancti Vdalrici, ubi ista habentur in capite xv t. Ab Episcopo Aquileiensi, qui abusive Patriarcha vocatur, sub palio Vviberri Harefiarcha, premisis duobus juramentis ordinatur.

C A P V T V I.

Synopsis.

I. Agitur de comparatione Alexandrini Episcopi cum Romano. Jus Patriarchatus frequentius exercebatur in Diocesi Vrbicaria, & in Italica, quam in ceteris Occidentis provinciis.

I. Synodorum inditio. Episcoporum ordinatio, & iudicium de majoribus causis, sunt partes juris Patriarchici. Concilium Romanum ex Episcopis Italiae; ut patet ex Iulio, epistola Orientalium, & Synodica Concilij Sardicensis, que explicatur, & ex Libero.